

Taxe sacre Penitentarie incipiunt.

Quinquennium pro una persona siue pro pluri-
 bus. Et possunt hic simul poni uir et uxor et eo-
 rum liberi. Si tamen alter eorum haberet liberos
 ex alio matrimonio uidelicet ex alio patre uel ex
 alia matre non possunt simul poni cum parenti-
 bus uenit ad grossos duos.
 Perpetuum pro una persona gros. xvi.
 Et pro uiro et uxore quia al's non datur pluri-
 bus simul grossos .xviii.

De absolutiombus pro promotis.

Absolutio pro clerico siue presente siue absente
 ultramontano qui recepit sacros ordines in parti-
 bus citramontanis grossos .xvi.
 Absolutio pro tali clerico qui subdiaconatus et mi-
 nores ordines una et eade die recepit .vii.
 Absolutio illius qui non confirmatus recepit sa-
 cros ordines. grossos .vii.
 Absolutio illius qui se fecit ad fictum aliquem ti-
 tulum promoueri. grossos .vi.
 Absolutio pro illo qui non confirmatus sic se fecit
 clericali caractere insigniri gros. .vii.
 Absolutio pro illo qui ab ep'o iustum titulum
 non habente recepit ordines. gros. .xvi.
 Absolutio pro illo qui minor uigintiquinque annis
 existens se fecit ad omnes sacros ordines pmoue-
 ri et non est in etate legitima grossos .xvi.

Rom. Adam Rot

Absolutio pro illo qui nondum uenit ad etatem legitimam et petit secum dispensari et quod etiam possit ministrare. grossos xvii
 Dispensatio pro illo qui dum uicesimum sue etatis annum attigerit petit quod ad omnes sacros ordines promoueri possit. grossos .xvi.
 Absolutio pro prespitero qui minor uiginti quod annis ecclesiam parrochialem obtinuit et se fecit promoueri grossos octo
 Absolutio pro prespitero qui ministrat in ordine non suscepto. grossos octo
 Absolutio pro illo qui sine licentia sui ordinarii fuit promotus et super hoc non fuit lata aliqua sententia. grossos .xvi.
 Item si est lata sed ignorabat. I sex
 Absolutio pro illo qui cadaver usurarii publici tradidit ecclesiastice sepulture. vii.
 Dispensatio et absolutio pro prespitero qui scilicet excoicatis presentibus celebrauit. vii.
 Dispensatio et absolutio pro prespitero qui excoicatos ad diuina admisit. vii. uel octo
 Absolutio pro illo qui sine licentia sedis apostolice sanctum sepulchrum et alia loca ultra maria uisitauit. grossos viii.
 Absolutio pro monacho portante solutares rotas et tunicas nondum latis vii. uel viii.
 Absolutio pro prespitero qui coniunctos in gradu prohibito matrimonialiter copulauit et coram eis celebrauit diuina. grossos viii

L.ii. 400371

Absolutio pro illo qui usuras occulte recepit atque exercuit. grossos .viii.
 Absolutio pro illo qui litteras testimoniales falsas scripsit. grossos vii
 Absolutio illorum qui fuerunt testes in predictis litteris. grossos septem
 Absolutio pro illo qui in ecclesia cognouit mulierem et alia mala commisit. grossos vi.
 Absolutio pro prespitero qui nonnullas personas absque eorum curati licentia matrimonialiter coniunxit atque copulauit. grossos vii.
 Absolutio pro prespitero qui nonnullas personas clandestine copulauit et clandestinis matrimonii interfuit. grossos .vii.
 Absolutio pro prespitero qui suos nubentes benedixit ac solemnizauit. grossos septem
 Absolutio pro concubinario et dispensatio super irregularitate. *prope p[ro]p[ri]o* grossos septem
 Item pro laico super eodem. grossos vi.
 Item absolutio pro laico qui res sacras de aliquo loco sacro recepit. grossos septem
 Absolutio pro illo qui matrem sororem aut aliam consanguineam aut affinem suam aut commatrem matrimonialiter copulauit quinq[ue].
 Absolutio pro uicio sodomie pro aliquo laico uenit ad grossos sex.
 Pro prespitero. grossos septem.
 Pro monacho. grossos octo
 Absolutio pro periurio et peccatis aliis. sex

parlog

Absolutio pro illo qui causa matrimoniali falsum
 deposuit. grossos sex.
 Absolutio pro canonico qui prelatum indignum ^{in p[re]s[ent]e}
 elegit venit ad grossos septem.
 Absolutio pro presbitero qui bona ecclesie que
 habuit non restituit licet sit contra tales quedam
 monitio generalis facta. grossos septem.
 Absolutio pro illo qui reuelauit confessionem alte
 rius. venit ad grossos septem.
 Et ultra iniungantur ei maxime pene.
 Absolutio pro presbitero siue clerico qui quasdam
 litteras officii penitentie seu aliqua instrumen
 ta falsificauit sine tamen alicuius preiudicio et eas
 restituit laceratas. grossos vii. uel. viii.
 Absolutio pro illo laico qui falsificauit aliquas lit
 teras ap[osto]licas siue sit presens siue absens. xviii.
 Absolutio pro illo qui falsificauit privilegia et ob
 missus fuit ea siue falsificator ipse sit presens siue
 absens. grossos .xvi.
 Absolutio pro presente uel absente qui scienter in
 loco celebrant interdico. grossos .ix.
 Absolutio pro uiro et muliere qui durante tempo
 re interdicti nonnulla corpora defunctorum asso
 ciarunt ad sepeliendum. grossos .ix.
 Absolutio pro presbitero qui corpora defunctorum
 exco[m]municatoꝝ in terra sancta sepeliuit. .viii.
 Dispensatio et absolutio pro presbitero presente
 uel absente qui scienter coram aliquo exco[m]muni
 cato celebrant. grossos vi. uel. vii.

De uotis.

Commutatio seu prorogatio uoti facti sepulchri
 et aliorum sanctorum locorum ultra marinarum 2
 apostolorum Petri 2 Pauli atq[ue] sancti Iacobi in co
 postella grossos .xiii.
 Et debet exprimi si quis uouit se absq[ue] alicuius
 termini prefixione et si terminus est tunc elapsus
 debet absolui a transgressione uoti.
 Si uero aliquis allegat perpetuum impedimentum
 idem si temporale sed ponitur q[uod] cessantibus im
 pedimentis habeat uotum suum adimplere.
 Item pro illo qui uouit se intrare in aliquo heremi
 tagio et dispensatur secum ut per annum seruiat
 in aliquo famoso hospitali etiam orationem domi
 nicalem omni die uiginti. grossos septem.

Dispensationes matrimo
 niales in gradu prohibito.

Dispensatio super quarto gradu consanguinitatis
 de contrahendo uel contracto ignoranter .xvi.
 Super tertio et quarto. grossos .xxvi.
 Super quinto gradu. grossos .xx.
 Et debent concordare cum camera ap[osto]lica
 Si uero straxerint scienter et cum hoc matrimo
 nium consumauerint. grossos .xviii.
 Et eodem mo[do] de affinitate sicut de consanguinitate
 Item super defectu publice honestatis. .xvi.
 Dispensatio super defectu natalium.

Dispensatio super defectu natalium ad omnes sa-
cros ordines et ad unum beneficium etiam si cu-
ram habeat animarum si ipse patitur de soluto et
soluto defectum. grossos .xii.

Item si quis defectu non obstante predicta tacen-
do et ad omnes ordines uel aliquem ipsorum se fe-
cent promoueri addatur grossus unus.

Dispensatio de uberiori uidelicet quod possit benefi-
cium aliud cum obtento uel obtinendo uigore pri-
me dispensationis possidere et illa similiter si pla-
cet permutare. grossos .xvi.

Licentia comedendi carnes uel butyrum et simili-
ter alia lacticia et oua tam in quadragesima quam
in alijs diebus ieiunialibus grossos .sex.

Absolutiones super homicidio laicali.

Absolutio pro laico presente qui abbatem aut ali-
um presbiterum minorem episcopum monachum pre-
sbyterum aut clericum interfecit. uenit ad gros-
sos septem octo uel nouem.

Pro absente non datur quia omnes tales debent
sedem apostolicam uisitare nisi quis dicat se habe-
re perpetuum impedimentum et tunc eadem erit
taxa. aut allegaret temporale impedimentum. ut
guerras inimicicias capitales paupertatem aut in-
firmitatem. et tunc ponitur clausula quod cessante
bus impedimentis sedem apostolicam uisitet cum
effectu et tunc eadem erit taxa.

Item si sit mulier uel monachus tenetur uisitare

sedem apostolicam sub eadem taxa.

Item pro eadem taxa sunt littere super mutilatio-
ne membrorum sicut super homicidio.

De homicidio laicali

Absolutio super homicidio pro laico grossos .v.

Et tamen absolutio potest committi ad partes recto-
ri parochialis ecclesie sub qua moratur.

Si tamen sit clericus committitur ordinario suo.
et non alteri quia interdicitur sibi executio suorum
ordinum si quos ipse suscepit et habet et similiter
interdicitur sibi ad superiores ascensus.

Sed si solum promotus sit ad minores ordines di-
spensetur secum quod possit in susceptis ordinibus
ministrare sed tamen interdicitur sibi ad superio-
res ascensus uenit ad grossos septem.

Si uero promotus sit ad omnes sacros ordines di-
spensetur secum quod possit in minoribus ordinibus
ministrare. executionem suorum sacrorum ordinum
sibi perpetuo interdicens. grossos .vii. uel .viii.

Et in istis ordinibus idem pro presente uel abente.

Dispensatio et absolutio super homicidio laicali
pro presbitero decano archidiacono aut clerico quando signa-
tur supplicatio per fiat de speciali ad cautelam uel
per fiat siue sit presens siue sit absens. si signatur
sine conditione. grossos .xviii. uel .xx.

Absolutio pro illo qui interfecit patrem matrem
uxorem fratrem sororem aut alium consanguine-
um seu laicum. quia si aliquis eorum esset clericus
tenetur uisitare sedem apostolicam.

Item absolutiones communiter committuntur
episcopo suo. uel officiali. uel alicui abbati. aut
alteri prelato siue episcopo in diocesi nec possunt
comitti curato a quibus eorum uenit ad .v. uel vi.
Nota quod si interfector sit clericus suspenditur
ab executione suorum ordinum si quos habet. et
ad superiores ascensus sibi perpetim interdicitur
et ualet littera. grossos sex.

Absolutio pro uiro et uxore qui inuenerunt iuxta
se puerum oppressum grossos .v.

Item pro uno ipsorum grossos .v.

Absolutio pro marito qui percussit uxorem sua
de qua peperit abortiuum et ante tempus. .v.

Et idem pro quolibet alio laico. grossos .v.

Absolutio pro muliere que bibit aliquem potum
uel alium actum fecit per quem destruxit fetum
in utero uiuificatum. grossos quicquid.

Nota quod si premissa committens sit clericus aut
presbiter aut fetus in utero matris uiuificatus de
structus fuerit. fiet sicut super homicidio laicali a
eadem est pena.

Dispensatio super insertione alicuius absolutionis
pro presbitero seculari alicuius absolutionis pro pre-
sbytero seculari super homicidio laicali pro presen-
te uel absente per fiat de speciali uel de speciali ad
cautelam. grossos xvi. xvii. uel xviii.

Et quandoque .xix. et fit ad omnes sacros ordines
et quecumque beneficia.

Nota quod quando dispensatur simpliciter ad omnes

sacros ordines dispensatur ad quecumque beneficia
sine cura grossos vi. uel vii.

Nota quod quando quis promotus ad sacros ordines
siue ad unum siue ad omnes et dispensetur secum
super homicidio laicali quia super clericali non dis-
pensetur secum pro absente potest ministrare in
minoribus dumtaxat sed si non est promotus non
dispensetur secum ad aliquos ordines nec aliqua be-
neficia si sit clericus.

De iniectione manuum. ^{in inferioribus}
^{prelatis}

Absolutio de iniectione manuum in prepositum
decanum presbiterum diaconum. etc. aut clericum
siue religiosum etiam laicum pro laico aut clerico
presente etiam si cum sanguinis effusione. vi

Si tamen monachus siue presbiter siue in aliquibus
ordinibus constitutus celebrauit. grossos .vii.

Absolutio pro absente de iniectione manuum ci-
tra sanguinis effusionem aut alium excessum dissi-
mitem uel enormem. grossos sex.

Si tamen petatur dispensatio super irregularita-
te uenit ad grossos septem

Et si iniectio manuum sit usque ad sanguinis effu-
sionem aut si capillorum extractio aut alia grauis
iniectio siue percussio fuerit. grossos xvi

Nota tamen quod si manus iniectionis sit mulier aut
monachus uel alleget perpetuum impedimentum sex

Et ponatur quod cessantibus impedimentis sedem a
postolica uisit et cum effectu.

Idem cum allegaret paupertatem et ponatur qd
uisitet eandem cum ad pristinam fortunam deue-
nerit.

Nota qd si plures fuerint in una iniectioe percul-
sione homicidio siue mutilatione si littera est de
speciali addantur pro quolibet. .ii.

Sed si fiat in forma. grossum unū

Si uero de speciali gratia addantur. .xlvi.

Si sine numero et littera sit in forma. .xxii.

Item eodem modo fit in litteris alijs in quibus
plures possunt esse in eodem delicto ut prius nota-
tum est supra.

¶ Absolutio pro illo qui percussit patrem matrem
compatrem aut commatrem. gros. .v.

De corpore uictato.

Dispensatio pro aliquo super deformitate alicuius
membri pro presente. gros. .xiii.

Item pro absente. grossos .xvi.

Nota qd qualitercunq; dispensatur siue ad omnes
siue ad aliquos ordines eadem erit taxa uel quasi.

Dispensatio pro prespitero presente uel absente
qui abscidit sibi testiculos. sedecim.

De spolijs.

Dispensatio et absolutio super spolijs incendijs ra-
pinis et laicalibus homicidijs. gros. .viii.

Et potest committi alteri prelato q̄ ordinario
sed si premissa commissa sunt in loco sacro uel cā

locorum sacrorum effractione absolutio commit-
tatur ordinario. Et si talis sit clericus interdici-
tur sibi executio suorum ordinum 2 ad superiores

ascensus. et tunc est taxa. gros. .viii.

De rapinis et incendiarijs. gros. .vi.

Rehabilitatio quādo aliqui sunt inhabiles .xxxv.

Scriptor habet grossos .viii.

De legitimatione illorum qui non habent patres
nec matrem certos. grossos .xii.

Pro altera illius qui habuit unam uxorem et ip̄a
ab eo recessit et ipse eam expectauit per aliquot

tempus et postea diligentiam fecit siue de mor-
te siue uita eius et fuit apportata fama de morte

eius postea contraxit aut contrahit aut uult con-
trahere cum alia uxore petit qd possit remanere

cum secunda et qd proles. 2c et si littera est iudi-
ciaria 2c. uideat auditor. grossos .xx.

Scriptor habet grossos septem.

Qui est excommunicatus uel prespiterum inter-
fecit aut uulnerauit seu aliquo crimine innodatus

est decedit conceditur ad instantiam parentum
aut amicorum suorum qd possit sepeliri inter alios

fideles. grossos .sex.

Prespiter qui sepeliuit aliquos tempore interdi-
cti ignoranter. grossos .sex.

Quando aliqui duo manus uolentas iniecerunt in
uicinos uel imposuerunt in aliquos uenit in taxa ad

grossos .xxi. et .xxii. cum dimidio in sigillo. et sunt
quadraginta duo cum dimidio in omnibus.

Pro aliqua religiosa que petit licentiam eundi ad balnea causa infirmitatis uel propter aliam iustam causam. supplicatio fit in forma similiter alibi. si autem petit licentiam pro aliqua alia persona que cum ipsa uadat addantur grossi .ii.
Pro illo qui falsificauit litteras apostolicas quando signat de speciali mandato. uenit ad gros. xxvii
De sententijs generalibus.

Absolutio de sententijs generalibus in forma asseruata si inueneris aut licet non credas pro abbate uel aliquo alio religioso presente uel etiam absente uenit ad grossos .xi.
Item pro presbitero seculari. gros. .x.
Et idem pro clerico et laico. .ix.
Absolutio pro illo qui est excommunicatus et tamen grauatus paupertate tanta qd non potest suis creditoribus satisfacere. grossi. .vii.
Absolutio pro presbitero qui ligatus quadam speciali sententia diuina celebravit officia. .vi.
Nec est cura si sit absolutus uel non.
Absolutio pro monacho qui sine licentia superioris monasterium suum exiit. vii. viii. ix.

Nota qd decem grossi papales de quibus supra fit mentio faciunt ducatum de Camera.
Nota qd quando aliqua littera petitur redacta soluitur tertia pars taxationis illi qui datat.

Taxe Penitentiarie finiunt.

et viij g papales
sunt florentini.

duo addunt
duo boland

Mirabilia Rome Incipiunt.

Murus ciuitatis Rome habet trecentas Sexaginta et unam turres. Propugnacula sex milia et nonaginta. Et duodecim porticularia. In circuitu uero sunt uigintiduo miliaria. exceptis trāstiberim et ciuitate leonina. et porticu sancti Petri ubi sūt xx miliaria.

mis Turris
propugnator

De portis infra urbem.

Porte inclite sunt. s. porta capena que dicitur sancti pauli. Porta apia que ducit ad domine uadis. Porta latina ubi sanctus iohes missus fuit in oleo. porta metroni ubi riuus isluit ciuitate. Porta asinaria in laterano. Porta lanicana que maior est qd est iuxta sanctam crucem in hierusalē. Porta taurina uel tiburtina que dicitur sancti Laurentii. porta numentana que uadit ad sanctam agnetam. Porta salara que uadit uersus sabinam. Et porta picina que est circa ecclesiam sancti felix. Porta flaminea que est circa ecclesiam sancte marie de populo. Porta colonia uel colina que est contra templum adriani supra pontem.

De portis transtiberim.

Porte transtiberim sunt tres. s. porta septimana ubi. vii. laudes facte fuerunt Octauiano impatori. porta aurea. s. sancti pancracii. porta portuensis. In porticu sancti petri sūt due porte. s. porta castelli sancti angeli. Et porta uindaria.

De montibus infra Urbem.

Rom Adam Rot
Hau 1175 Proctor 3444